



A. 10.

a



1. Corvinus, Laur., Hortulus Elegantiarum. Lipszk 1503.
2. Luciani Palinurus, Scipio Romanus, Heroica in Amorem
Asinus aureus, Bruti et Trogeneis Cyriaci epistolae,
latine. Avignon 1497. Hain 10268 Ink. 1-32
3. Mayno, Jason de, Oratio in matrimonium Maxi-
miliani regis et Blancae Mariae reginae.
Earundem nuptiarum epithalamion Sebastiani Brant.
(Basileae 1494). Ce³ M-413 Ink. 1-39
4. Wimpina, Conr., Oratio in recommendationem S.
Theologiae. Lipszk 1503. 1-12
5. —, —, Oratio congratulatoria pro R. P. & D. D.
Melchiar. ibd. 1503. 1-8
6. —, —, Oratio habita in exceptione R. P. & D. D.
Raymundi. ibd. 1503. 1-6
7. —, —, Oratio invocatoria in missa quodlibeti
Lipsiensis. ibd. 1497. Ink. Hain 16197 1-12
8. Marscalcus, Nied., Oratio habita Albiori ad pro-
motionem primorum baccalauciorum. Witemb. 1503.
1-10 Ink.
9. Bonacursius, Orationes de vera nobilitate. s. l. & a.
HK 3458 ~~3545~~ 1-12
10. Elementale Introductorium in idioma Graecanicum.
s. l. & a. 1-4
11. Epitaphia quaedam mire vetustatis. Ephordiae
s. a., in aedibus Marscalci. 1-2

12. (Hesiodus.) . Laus Musarum ex Hesiodi Theogonia . Coeli Lactantii carmen de anastasi Christi etc. Erfordiae 1501. 1-12

13. Beusselius, Jo., De incendio praetorii oppidi Rotemburgii elegidion. s. l. & a. 1-6

[Poleidi, Math. v. Mellerstadt] &
14. Poema natale cuiusdam Hectorii principis Septentrionalis. s. l. & a. 1-4

13 mit 14: Juk? kein Schluss

Handwritten in blue ink:
Epistola

Laus musarum ex Hesiodi Ascraei Theogonia

Coelii Lactantii Firmiani Carmē de anastasi Christi: hoc est Christi resurrectione

Publii Ouidii Nasonis Carmen ex Metamorphoseon quito decimo de phœnicis mortui reparatiōe

Decii Magni Ausonii Præonii carmē de festo paschatis

Claudii Claudiani Carmen de saluatore Christo

Fratri Baptiste Mantuani Carmelite ad beatā uirginem uotum

Angeli Politiani hymni duo de diua uirgine

Domici Palladii Sorani carmina ad uirginē Mariā

Nicolai Marscalci Thurii Carmen de diua Anna

Nicolai Marscalci Thurii Carmina de moribus archigrammateorum hoc est scribarum



Handwritten: cf. Paris VI, 494.6.



[Spelatin, Georg]

Appendix Georgii Burchardi Speltini pueri amanuensis N.M.T. interpretatio glossematon horū carminum: hoc est uocum difficilium explanatio ad Petrum Erythrapolitanum suū symmathetem hoc est condiscipulum.

Laus musarum ex Hesi
odi Ascræi Theogonia

Musæ olympiades comperti Iouis ægide natæ
Mnemosyne soboles: obliuio certa malorum
Curarumq; quies: sacris has mater in horis
Pieræ magno peperit commixta tonanti.
Mater Eleutherii preerat: cui Iuppiter ullo
Haud diuum præsentē nouē sub noctibus hæsit.
At postq̄ multas annus fuit actus in horas
Et sua cœperunt afferre pericula menses:
Ecce nouem ad numerū nocturni pignora furti
Vno Mnemosyne peperit pulcherrima nixu
Læta puellari fœtu: nam carmina musæ
Semper agunt: uaciamq; gerūt formidine mētem
Mentem? quæ niueo multum non distat olympo:
Sunt illis pulchræq; domus populiq; beati.
Quas pariter charites desyderiumq; frequentāt
Voce sonant læta: labiis modulantur amœnis:
Cælicolum legesq; sacras moresq; canendo.

2

Coelii Lactantii Firmiani Carmē de Ana
stasi Christi: hoc est Christi resurrectione

Salve festa dies toto uenerabilis æuo
Qua deus infernum uicit & astra tenet.
Tempora florigero rutilant distincta sereno:
Et maiore poli lumine porta patet.
Altius igniuomum solem cæli orbita ducit
Qui uagus Oceanus exit & intrat aquas:
Armatus radiis elementa liquentia lustrans
Hac in nocte breui tendit in orbe diem.
Splendida syncæro producunt æthera uultu
Læticiamq; suam syde ra clara probant.
Terra ferax uario fundit munuscula cultu
Quū bene uernarit reddit & annus opes:
Mollia purpureum pingūt uiolaria campum:
Prata uirent herbis & micat herba comis.
Paulatim subeunt stellantia lumina florum:
Floribus arrident gramina cuncta suis.
Semine deposito late seges exilit aruis
Spondens agricolæ uincere posse famem.
Caudice defecto lacrymat sua gaudia palmes
Vnde merum tribuat dat modo uitis aquam.
Cortice de matris tenera lanugine surgens
Præparat ad partum rigida gemma sinum.
Subq; hyemis tempus foliorum crine reuulso
Iam reparat uiridans frondea tecta nemus:
Mixta salix: abies: corylus: filer: ulmus: acer: nux

A ii

Plaudit queq; suis arbor amœna comis:
Constructura fauos apis hinc alucaria linquens
Floribus instrepitās poplite mella rapit.
Ad cantus reuocatur auis que carmine clauso
Pigrior hiberno frigore muta fuit.
Hinc philomela suis attemperat organa cannis
Fitq; repercusso dulcior aura melo.
Ecce renascentis testatur gratia mundi
Omnia cum domino dona redisse suo.
Nanq; triumphanti post tristia tartara Christo
Vndiq; fronde nemus: gramina flore fauent.
Legibus inferni oppressis super astra meantem
Laudant rite deum lux: polus: arua: fretum.
Qui crucifixus erat deus ecce per omnia regnat:
Dantq; creatori cuncta creata precem.
Mobilitas anni: mensum lux alma dierum
Horarum splendor stridula cuncta fauet.
Hinc tibi sylua comis plaudit quoq; cāpus aristis:
Hinc grates tacito palmite uitis agit.
Hinc tibi: hinc auiū resonant uirgulta susurro:
Has inter nimio passer amore canit.
Christe salus rerum: bone conditor atq; redēptor:
Vnica progenies ex deitate patris.
Irrecitabiliter manans de corde parentis
Verbum subsistens: & patris ore potens:
Aequalis: concors: socius: cum patre coæuus:
Quo sumpsit mundus principe principium.
Aethera suspendis sola congeris æquora fundis:

3

Quæq; locis habitant quæ moderata uigent.
Qui genus humanum cernēs merfisse profundo:
Vtq; hominem eriperes es quoq; factus homo:
Nec nostro tantum uoluisti e corpore nasci:
Sed caro que nasci pertulit atq; mori.
Funeris exequias pateris nouus auctor & orbis:
Intrans mortis iter dando salutis opem.
Tristia cessarunt infernæ uincula legis:
Expauitq; chaos luminis ore premi.
Depereunt tenebræ Christi fulgore fugate:
Aeternæ noctis pallia crassa cadunt.
Sollicitam sed redde fidem precor alma potestas:
Tertia lux rediit surge sepulte deus.
Non decet ut uili tumulto tua membra tegantur:
Non precium mundi uilia saxa premant.
Indignum est cuius clauduntur cuncta pugillo:
Vt tegat inclusum rupe uetante lapis.
Linthea tolle precor: sudaria linque sepulchro
Tu fatis es nobis: & sine te nihil est.
Solue cathenatas inferni carceris umbras:
Et reuoca sursum quicquid ad ima ruit.
Redde tuam faciem uideant ut sæcula lumen:
Redde diem qui nos te moriente fugit.
Sed plane implesti remeans pie uictor olympi:
Tartara pressa iacent: nec sua iura tenent.
Inferus insaturabiliter caua guttura pandens:
Qui raperet semper sit tua præda deus.
Excipis innumerum populum de carcere mortis:

A iii

Et sequitur liber quo suus author abit?
Euomit absorptam pauida fera bellua plebem:
Et de fauce lupi subtrahit agnus oues.
Hinc tumulum petens post tartara carne resumpta
Belliger ad caelos ampla trophæa refers.
Quos habuit pœnale Chaos iam reddidit ex se:
Et quos mors peteret hos noua uita tenet.
Rex facer ecce tui radiat pars magna trophæi:
Cum puras animas sacra lauacra beant.
Candidus egreditur nitidis exercitus undis:
Atq; uetus uicium purgat in amne nouo.
Fulgentes animas uestis quoq; candida signat:
Et grege de niueo gaudia pastor habet.
Additur hac fœlix concors mercede sacerdos:
Qui dare uult domino dupla talenta suo.
Ad meliora trahens gentili errore uagantes:
Bestia nœ raperet munit ouile dei.
Quo prius Eua nocēs infecerat hos modo reddit
Ecclesiæ pastor ubere lacte sinu.

Publii Ouidii Nasonis Carmen
ex Metamorphoseon quito decimo
de phœnicis mortui reparatione

Vna est quæ reparet seq; ipsa resemet ales
Assyrii phœnica uocāt: nō fruge neq; herbis
Sed thuris lachrymis & succo uiuit amomi.
Hæc ubi quinq; suæ compleuit secula uitæ

4
Ilicis in ramis tremulæq; cacumine palme
Vnguibus & puro nidum sibi construit ore
Quo simulac casias: & nardi leuis aristas
Quassaq; cum fulua substrauit cinnama myrrha
Se super imponit finitq; in odoribus æuum
Inde ferunt totidem qui uiuere debet in annos
Corpore de patrio paruum phœnica renasci
Cum dedit huic ætas uires oneriq; ferendo est
Ponderibus nidi ramos leuat arboris alte
Fertq; pius cunasq; suas patriumq; sepuchrum
Perq; leues auras hyperionis æde potitus
Ante fores sacras hyperionis æde reponit.

Decii Magni Ausonii Pœonii
Carmen de festo paschatis

Sancta salutiferi redeunt solennia Christi
Et deuota pii celebrant iciunia Myste.
At nos æternum cohibentes pectore cultum
Intemeratorum uim continuamus honorum:
Annua cura sacris: iugis reuerentia nobis.
Magne pater rerum: cui terra: pontus: & aer:
Tartaraq; & picti seruit plaga lactea cæli.
Noxia quem scelerum plebes tremat almaq; rursu
Concelebrat uotis animarum turba piarum
Tu breuis hunc æui cursum: celeremq; caducæ:
Finem animæ: donas æterne munere uitæ.
Tu mites legum monitus: sacrosq; prophetas?

Humano impartis generi: seruasq; nepotes
Deceptum miseratus Adam: quē capta uenenis
Implicuit socium blandis erroribus Eua.
Tu uerbum pater alme tuum: natūq;: deumq;:
Concedis terris totum: similemq; paremq;:
Ex uero uerum: uiuaq; ab origine uiuum:
Ille tuis doctus monitis hoc addidit unum.
Ut super æquoreas nabat q̄ spiritus undas
Pigra immortalī uegetaret membra lauacro
Trina fides authore uno spes una salutis.
Hunc numerū iunctis uirtutibus amplectendi:
Tale terrenis specimen spectatur in oris.
Augustus genitor: geminum satur Augustorū
Qui fratrem natumq; pio complexus utrumq;:
Numine partitur regnum neq; diuidit unum.
Omnia solus habens: atque omnia dilargitus:
Hos igitur nobis trina pietate uigentes:
Rectores terræ placidos cæliq; ministros:
Christe apud æternum placabilis asserere patrem:

Claudii Claudiani Carmen
de Salvatore Christo

Christe potens rerū redeuntis conditor æui:
Vox summi: sensusq; dei: quē fundit ab alta
Mente pater tantiq; dedit consortia regni.
Impia tu nostra domuisti crimina uitæ
Passus corporca mundum uestire figura:

5
Affariq; palam populos hominemq; fateri
Quēq; utero inclusum Marie: mox numine uiso
Virginei tumuere sinus: innuptaq; mater
Arcano stupuit compleri uiscera partu
Authorem paritura suum: mortalia corda
Artificem texere poli: mundi; repertor
Pars fuit humani generis: latuitq; sub imo
Pectore: qui totum late complectitur orbem;
Et qui non spaciis terræ: non æquoris unda:
Nec capitur cælo: paruos confluit in artus.
Quin & supplicii nomen: nexuq; subisti
Ut nos subriperes letho mortemq; fugares
Morte tua: mox æthereas euectus in auras
Purgata repetens: lætum te luce parentem
Augustum foueas: festis ut sæpe diebus
Annua synceri cælebret ieiunia sacri.

Fratris Baptiste Mantuaní carme
lite ad beatam uirginem uotum

Ad tua confugio supplex altaria uirgo
Et fero nocturnas in tua templa preces;
Tu nostros etenim potis es depellere morbos:
Aegraq; de tepido membra leuare thoro.
Te deus & terræ fecit: cæliq; potentem:
Et tibi Cocytus cum Phlegethonte subest:
Signa tenes regni: fuluum caput induit aurum:
Virgineam decorat regia uirga manum.

Albicat intactum niueo uelamine corpus:
Et tenuem pingunt aurea mala togam
Aurea non sterilem demonstrant mala puellam
Indicium candor uirginitatis habet
Hæc duo significant: quæ natura repugnet
Quod paris illesa uirginitate deum.
Lncida bissero tibi frons innectitur astro:
Atq; sedes alto glorificata throno.
Sole micant humeri fugientibus undiq; flâmis:
Et niueos uestit candida luna pedes.
Maxima spirituum legio tibi seruit: & ultro
Cælestes uolitant ad tua iussa chori
Tu nostros igitur potis es depellere morbos
Aegraq; de tepido membra leuare thoro
Cerne meos ergo gemitus: miserere dolorum:
Non licet afflictas dissimulare preces:
Luce gemens iaceo resonant suspiria nocte:
Totaq; continuus tempora langor habet.
Arida conuellit feruens præcordia febris.
Et phlegethonte me coquit igne focus?
Rhenibus Aethna subest: Boreas incendia flatu
Suscitat: immensus deuorat ossa calor.
Aret & exusto tabescit lingua palato:
Siccaq; compressis faucibus ora tacent.
Fessus hiat pulmo: tenuem uix attrahit auram:
Raucaq; languenti guttura uoce sonant.
Flagrat dira sitis: quæ non extingueret Hebrus
Cum gelido hibernas colligit amne niues.

Soluitur in cineres ex hausto sanguine corpns:
 Et parat arfuro tabida memba rogo.
 Aeger solus inops aliena ignotus in urbe
 Conqueror & mecū tristia fata gemo.
 Auxilium medicina negat:natura dolori
 Cædet:& amisso robora uicta iacet.
 Non me Phylliridæ possūt:nō phafidos herbæ
 Soluere:non coi prouida cura senis.
 Non mihi circeum carmen :nō Pæonis artes:
 Non pariet delos:non Epidaurus opem.
 Qualis in æquoreo puppis quassata tumultu
 Cum bibit admissum scissa carina fretum:
 Talis ego inmensa morbi sub mole sepultus:
 Non procul extremum suspicor esse diem.
 In scopulū fracta si quis rate pulsus abundis
 Expectet nauæ præter euntis opem.
 Vidit ubi lato nullam prodire salutem
 Aequore:sopit iners tristia corda gelu?
 Sic mihi qui non sum medica sanabilis arte
 Opprimit exanguis pectora mœsta pauor!
 Ad superos clamo supplex & numina planctu
 Sollicito :diuos in mea uota uoco.
 Sed te precipue diuorum maxima uirgo
 Mitis in humanum quæ genus esse soles:
 In nos magna tui sunt experimenta fauoris:
 Et pietas omni iam tua nota loco est.
 Erue me tantis igitur regina periclis:
 Et lacera sparsas collige nauis opes.



Mox ut liber ero laurentia templa reuifam:
Et tibi de nostro carmine munus erit.
Carmine perfoluam grates:& carmine laudes:
Carmine diuinum testificabor opus.
Hæ mihi diuitiæ quãuis mihi paupere uena
Castalio tenuis riuus ab amne fluat.
Ter tibi lucentes sacrum ponetur ad aras
Iunctaq; cum dulci mystica liba mero.
Et tua progenies duplici sub imagine sacrum
Fiet:& hæc noſtræ cauſa ſalutis erit .

Angeli Politiani Hymni
duo de diua uirgine

O uirgo prudentiſſima
Quam cœlo miſſus Gabriel
Supremi regis nunciuſ
Plenam teſtatur gratia.
Cuius deuota humilitas
Gemmis ornata fulgidis
Fidentis conſcienciæ
Amore deum rapuit.
Te ſponſam factor omnium
Te matrem dei filiuſ
Te uocat habitaculum
Suum beatus ſpirituſ.
Per te de tetro carcere
Antiqui patres exeunt.

Per te nobis astriferæ
 Panduntur aulae limina
 Tu stellis comam cingeris
 Tu lunam premis pedibus
 Te sole amictam candido
 Chori stupent angelici
 Tu stella maris diceris
 Quæ nobis inter scopulos
 Inter obscuros turbines
 Portum salutis indicas.
 Audi uirgo puerpera
 Et sola mater integra.
 Audi precantes quesumus
 Tuos Maria seruulos.
 Repelle mentis tenebras
 Dirumpe cordis glaciem.
 Nos sub tuum præsidium
 Confugientes protege.
 Da nobis in proposito
 Sancto perseverantiam
 Ne noster aduersarius
 In te sperantes superet.
 Sed & cunctis fidelibus
 Qui tuum templum uisitāt
 Benigna mater dexteram
 Da cælestis auxilii : Amen :

B



Alius Hymnus Eiusdem

Ecce ancilla domini
Quam pater ipse omnipotēs
Elegit ante sæcula
Quietum tabernaculum.
Ecce cui sacras nuptias
Fortis indixit angelus
Ecce quam sanctus spiritus
Alto repleuit numine:
Ecce uirgo concipiens
Intacta dei genitrix
Ecce Iessea uirgula
De qua flos pulcher emicat.
Huc huc omnes accurrite
Emmanuelē uisere
Quem iacentem præsepio
Bos adorant & asinus.
Cuius natali iubilant
Celsi regis exercitus
Et magnum nocte gaudium
Adnunciāt pastoribus.
Videte stellam præuiam
Sanctis eoīs regibus
Qui uagienti domino
Aurū Myrrhā thus offerūt.
Heu iam tenellum sanguinē
Fundit ex lege ueteri
Dum Simeonis gremio

8

Desideratus incubat?
Videte matrem uirginem
Herodis metu pavidam
Latentem cum filiolo
Aegypti regionibus.
Cernite mox sollicitam
Dum puer templo disputat
Cernite rursus hilarem
Dum sacras replet hydrias.
Spectate miserabilem
De cruce nati pendulam
Commendatam discipulo
Cor sauo fixam gladio.
Videte tandem radiis
Magna uincens sidera
Vndantem plena gratia
Splendentem clara gloria?
Regina caeli maxima
Sanctissima pulcherrima
Sustenta tuos seruulos
Defende tuum populum Amen.

Domici Palladii Sorani car
mina ad uirginem Mariam

Hic mihi pro cunctis caeli regina camoenis
Adsis: pro Phœbi numine diua precor.
Sola meos poteris firmare in carmine neruos:

B ii

Et poteris merita cingere fronde comam:

Ad Eandem

Vnica uirgo salus miseri spes unica mundi

Sponsa dei: & genitrix omnipotentis aue.

Tu decus æternum magni tu splendor olympi

Tu regina potens unica facta dea es.

Tu cælum terrāq; regis: tu tartara terres:

Omnia sub pedibus deniq; uicta tenes.

Te genus omne petit miserabile: teq; precatur:

Et seruatricem te genus omne uocat.

Multa pericla mari: & terra mortalibus instant:

Cuncta tamen per te quisq; pericla fugit.

Cuiq; patet cælum per te sanctissima uirgo:

Et cunctis per te tradita tuta uia est.

Quid loquar ulterius genitrix dignissima Christi?

Tu spes æterne es: firma salutis eris.

Distichon ad Spectatorem

Spectator dominam cæli terreq; saluta:

Et dic ut dixit nuncius almus: Aue.

Nicolai Marscalci Thurii

Carmen de diua Anna.

Anna salutifera Mariæ sanctissima mater:

Cælestes nobis sola refers aditus.

Squameus omnipara serpens quos heu paradiso

Abstulit: ut rapiunt sibila falsa patrem

Diuinos cæco sensitum in carcere partus:

9
Et gestit uario murmure turba senum?
Quis nam æquas Anne poterit pstringere laudes?
Annæ tam sanctæ fando referre uicem?
Munera grata tibi donet iam læta iuuentus:
Ornet & e uiridi tempora fronde tua.
Huc adsit barbata manus: tū fœmina nupta:
Et puerile simul uulgus honore sonet.
Quæ potes iratos Iesu mollescere motus:
Oranti populo ne precem o Anna neges?
Anna aua: Christe nepos: Maria & diuina ppago
Artus da ualidos Nestoriumq; diem.


Eiusdem de moribus archi
grammateorū hoc ē scribarū

Argumentum

Hoc scribæ genio portendit horoscopus ortu:
Ut ludat: uel amet: præue superba ferat.

Mores amatoris Carmine Elegiaco

B iii




Diuitias alius mœstas: Tractet: & infani



Diuitias Tractet



Diuitias Tractet



Diuitias alius mœstas: & martia castra
Tractet: & infani iura superba fori.
Cornipedes equitet cælos pictasue phaselos
Incolat: & ponti cæcula transtra legat.
Vel regumq; ducūq; lares: & Rhomula tēpla:

Gratia ubi obstipo poplite ficta meret.
 Aut numeris placet diuos: & murmure sacro
 Ut manes cæco carcere ducat ouans.
 Omnigenæ penitus fibras grassetur alūnæ:
 Vastaq; nec metuat Sisyphæ saxa soli:
 Hæc capiant alios: me florea labra puellæ
 Captant: & rosæ sacchara blanda genæ.
 Flauaq; cæsaries: & eburnea colla: procumq;
 Colloquium tristi spes bene suada uiro.
 O quantū amplexu læti: quot gaudia fundūt
 Basia: quæq; iubet post Cytherea Venus.
 Tū trahit exemplū Iouis omnipotētis: & almus
 Solicitud Phœbus: Mercuriiq; labos.
 Diuas quid memorē Phœben? sacrâq; Dionē?
 Nā spirant paphio singula nata deo:
 Hypsiphilen: Helenē: Briseida: Phyllida: Phædrâ?
 Hermionem: uiuas quid nisi amare iuuat?
 Nō atræ noctes: nō frigora crassa: nec enses
 Exerti dominæ limina chara uetent:
 Illius imperio uita consumier opto
 Nestoria: curis: lite: dolore procul.
 Mores aleatoris & ebriosi Car
 mine Sapphico Adonico
 Me merum: taliq; trahunt itantes
 Faustiter trito pede: maeste mensa
 Aere pressa: forte ciente uoto
 Quinaq; dena.



Roscidus iam ortūq; Hyperionos tum
Prestolor: mox hesperias tenebras:
Dehinc & arcti parrhasiæ reuorsum
Cardine plaustrum.

Cerneres tum peruigiles labores
Orgia ac quæ gymnopedalis ædis
Sint thoro cantuq; putes: famemq;
Mente beata.

Nil mouet Rhamnusia nosq; diua:
Depleat mutata licet crumenam:
Penulam pulchrasq; ferat lacernas:
Hæc rota ludi est.

Phœbus haud nam stellifero refulget
Vsq; cælo: siluicolæ molossi
Nec plagis apros capiunt petulcos
Vsq; secundis.

Has uices: atq; hæc animi gementis
Damna solatur temetum: trahitq;
Corde curas: ac suadet precari
Sidera fausta:

Fit meum mox ante tuum: nec usquam
Lex fide tanta colitur: nam habet quod
Ocyor quisq; occupat arte talum
Iure sabino.

Sculna mi talusq; abacusq; amatur:
Ergo lætus Phylliriden olympo:
Aphroditen: philtera colas: uocat me
Pyrgus & orca:

11
Mores arrogantis scribæ
Carminè Asclepiadeo.

Heu cæcos animos: cæcaq; pectora:
Quæ soles agitis paupere saculo
Ac noctes: humili sorte benigniter
Contenti: sine fastu: & sine fascibus.
Talosq; aut uenerem & bellula luditis:
Me en q ostro omnicolor fulgeo bactrio:
Atq; auro ac niueis pectora gemmulis:
Fulta purpureo fronte galerulo
Præhêsant chrysolithi luxq; adamantina
Eoi & digytos molle smaragduli.
Me patrem patriæ: me quoq; Scæuolam
Plebs poplusq; sophon: meq; & Apollina
Cõpellat: celebrem ac iuris alumnulum.
Diues me iuuenem duxit asotia
Myrrham cæsaries sertea galbano
Spirarat ac olet: me calamistrici
Perfucant parafiti: atq; clientulo
Sistro laude canût: blandula perstrepunt.
Ganges quot uolucres spargit harenulas
Hermus quot ue Tagus diuomit aurifer:
Versat sudificus quom boreas salum.
Strenas tot mihi dant: phanaq; nominât.
Aethon: siue Phlegon: si uel Heoulus
Pyrousiue diem duxerit æstifer
Consultor foribus pulsat anhelitans:

Ornix: grus: lepores: ceruus: ac hinnulus:
Turdiq; & fulicæ: dama: ficedulæ:
Congrus: parca: lupus: lampetra: gammarus:
Murenæ: stheneli: atq; ardea: mullulus:
Datur tū absq; modo mihi: & sine murmure:
O leges celebres: iuraq; ditia?
Cedant castalides: grex miserabilis:
Codro pauperior: uel Phryge nudior.
Busiris Phalaris: plusq; Pisistratus
Mortali colitur: flaccida pallidæ
Consultant hederæ: cedita critici.
Arcem Pythagoras: signaq; deserat
Interpres superum: atq; archiatus quoq;
Mihi arx Cræsi uacat: ac Sardanapalia.

Appendix Georgii Burchardi Speltini pueri ama-
nuensis N.M.T. interpretatio glossematōn horū
carminū: hoc est uocum difficilium explanatio ad
Petrū Erythrapolitanum suum symmathetem hoc
est condiscipulum.

Glossemata in carmine Hesiodi

Olympiades patronymicum ab olympus:
Olympus uero mōs ē Thessaliæ æditissimus
ideo pro cælo quādoq; ponitur. Aegis: idis: scu-
tum Iouis: tegmē quo libyes utūtur: munimētum
peculiare numini quod ī medio Medusæ caput ha-

12

bet: idē in imperatoribus lorica dicitur. Mnemō
sine μνημοσνη idest memoria: mater musarum:
quæ sunt nouē. Calliope καλλιόπη bona uox. Clio
κλειώ gloria. Erato ερατώ q̄ canit amores. Thalia
θαλεία canēdi uoluptas. Melpomene μελπομένη a
concentu faciendo. Terpsichore τερψιχόρη a
delectandis choreis. Euterpe ευτέρπη a suauitate cōcentus
Polyhymnia πολυυμνεία a multitudine carminū
Urania ουρανία a cantus diuinitate. Pieria: regio
Macedoniæ quæ ē musarum parēs & domus: Inde
Pierides musæ: & pieriū carmen. Pignus hypo
theca significat modo quod creditori datur ut se
curus sit: modo quod deponitur ab iis q̄ simul de
certāt apud sequestrū: modo liberi & res aliæ quæ
apud nos in præcio sūt. Charites απο της χαρας
hoc ē a gaudio: gratie deæ sūt: quæ & dāt & accipi
unt beneficiū. Tris sunt Aglaia. Thalia. Euphrosy
ne Acharis quod est gratia deducuntur Charienti
smus urbanitas. Charopus: gratiosus: pulcher ocu
los. Eucharistia: gratiarū actio: gratitudo. Eucharī
stos: iucūdis. Acharistus: acharis: ingratus. Acha
ristia: iŕgratitudo. Amœna iucunda sunt peculiariter
siue fructu dicta ut Seruio placet ab a pticula priua
tiua & numio q̄ ē fructū capio: ut aliis ab amādo.

Glossmata in carmine Lactantii
Astrum: sydus: signū stellis coactum Aster: uero
stella est, Asteriscus: stellula.

Aeuum græce αἰών :tempus : ætas longa quam
sæculum etiã & sæclū nōminamus quod ē spaci
um centū annorum A quo sæculares ludi: qui cen
tum annis semel fierēt. Ab æuo ē æquæuus: æque
ætatis. lōgæuus:longe ætatis hoc est senex. Primæ
uus:primæ ætatis Grandæuus : grandioris ætatis
Vnde grandæuitas.

Pingere:describere:formā alicuius rei ductis lineis
representare. Inde pictor Pictores egregii fuerunt
Zeusis. Parrhasius. Apelles.

Philomela nō philomena auis q̄ & luscinia appelli
tatur q̄ lugēdo canat De qua Epigrāmatographus
Martialis ait. Flet Philomela nephas incesti.

Tartarus & in multitudinis numero tartara: sedes
inferorū: ἀπο τοῦ ταρασσειν quod ē turbare.

Glossmata in Carmine
Publii Ouidii Nasonis

Phœnix:auis:purpureo pennarū colore clarissima
nascitur in Arabia magnitudine aquilæ.

Nardus siue nardū herba odorata nardinū:foliatū
unguentū e nardo. Genera nardi sunt. Hadrosphæ
rum:foliis grandiusculis αδρον enim plenum est

Mesosphærum : foliis medioximis μεσον enim
mediū est Microsphærum foliis minutilis μικρον
enī paruum est

Amomū iteranea producta nā græce αμωμον est:

herba teste Dioscoride odoratissima Genera eius
sunt Armenicū: medicum: ponticū Cynamomū
siue cynamū arbuscula ē egregia. Coronas excy/
namomo inter rasili auro inclusas primū omnium
apud Caium Plinium libro duodecimo in tēplis
capitolii atq; pacis dicasse imperatorem lectitatur
Vespasianum Augustum. Casia f uno scriptitan
dum nam græce κασία est: atq; adeo Vergilius ait
Nec casia liquidi corrumpitur usus oliui
herba est teste Dioscoride odorata & arbor quedā.

Glossmata in carmine Aufonii

Mystes: sacra discens: discipulus. Inde deducit my/
sticus quod est arcanū quo deorum sacris utimur.
Mysterium: arcanum sacrum. Mystagogia: discipli/
na sacrorum: imitatio in sacris. Mystagogus: prin/
ceps sacrorū. Mysos uero abominationē signifi/
cat siue scelus. Prophete απο του προφαίνειν ostē/
dere: sunt antistites phanorum oraculorūq; inter/
pres. Prophetæ iidem sunt apud Aegyptios quod
apud Persas magi: apud græcos philosophi: apud
latinos sapiētes: apud Gallos Dryudæ: apud In/
dos gymnosophistæ: apud Assyrios Chaldæi.

Glossmata in carmine Claudiani

Poli uertices cæli: altissime partes cæli: axes cardi/
C

nis: q̄ circa has mūdus rotetur Duo sūt poli unus
australis siue antarcticus: hoc est arctico oppositus
q̄ terræ obiectu a nobis cerni nō potest. Alter sep/
tentrionalis siue arcticus siue arctous siue boreus:
qui nunq̄ occidens semper cōspicitur Cæterū duæ
sunt arcti hoc est ursæ Nam ἀρκτος ursus est siue
ursa Alteram maiorem ursam siue elicem :alteram
minorem ursam siue cynosurā hoc est canis caudā
nominant Illius cursum græci notant huius uero
phœnices deprehendere primi & ad eam nauigati
onem dirigūt. Aratus in Phænomenis

ΤΗ ΔΑΡΑ ΦΟΙΝΙΚΕΣ ΠΙΣΗΝΟΙ ΠΕΡΩΣΙ ΘΑΛΑΣΣΑΝ

Et Lucanus iii pharsaliæ

Has ad bella rates non flexo limine ponti

Certior haud ullis duxit Cynosura carinis

Ab arcto arctous deducitur quod ē septentrionalis

Arctophylax : hoc est arcti custos sydus cæleste

Arcturus ἀρκτουρος hoc ē urse cauda: stella quedā.

Glossmata in carmine Baptistæ Mantuani

Cocytus: Phlegethon fluiui sunt apud inferos si/
mul cū Styge: Acheronte: Lethe: sed κωκυτος luc
tus ē. φλεγθων ardens. στυξ odium. αχερων tristi
cia. ληθη obliuio. Aethna: mons Siciliæ cōtinuo
flagrās. Ita Chimæra: mōs Lyciæ cui⁹ ignis aqua
accenditur: terra uero extinguitur. Et ueseuus qui
& uesuuius ac uesuius appellat̄ mons Campaniæ

de quo Silius sexto
Monstrantur Vescua iuga atq; in uertice sūmo
Depasti flammis scopuli.

Boreas:uentus απο του βοαν quoniã ut uehemētis
est flatus ita maxime sonori : Idem aquilo dicit̃ ab
excellenti flatu. Homerus a splendore ætheris qui
a sole fit αιθρηγενετην appellat. Phyllirides: cen
taurus: qui & Chiron dictus qui nō modo centau
ros sed uniuersos suæ ætatis homines bonitate su
perauit & iusticia: argonautarum medicus fuit: me
dicinam ac herbas inuenit. De quo Aratus .
Hic erit ille pius Chiron iustissimus omnes
Inter nubigenas: & magni doctor Achillis
Astrologiã Hercules. Medicinã Aesculapius. Cy
tharam Achilles ab eo didicerunt. Phafidos her
bæ Medeam ueneficiorū arte nobilem significat:
quæ ex Colchica regione erat i qua ē Phasis fluui
us & omniū ponti annium clarissimus. Oritur in
Moschis. Moschorū uero regio tripartita est. Nam
partē habēt Colchi : ptē Hiberes: partē Harmeniū
Circe quoq; ueneficiis dedita multarū herbarū ac
radicū uarias uires mirabilesq; inuenit Inde Circe
um promōtorium Latii ubi ipsa confedit
Cous Hippocratem significat Nā Cos insula ē in
mari Icario ex qua natus est Hippocrates medicus
Pæon medicæ artis peritissimus: Plutonem ab Her
cule uulneratum sanauit. Hic herbã inuenit: quæ

C ii



ab eius noīe dicta est Pæonia eandē alii pētorbon
nomināt a quīq; granis quæ fert erui magnitudi/
ne ορβον enī græci eruū dicunt. alii glycisidem
appellitant a dulcedine

Glossmata in hymnis Angeli Politiani

Chorus: cœtus: cōuentus & ueluti corona eorum
qui ad ludos cōueniunt: saltatio: quæ & chorasta/
sia dicit ac chorotypia. Inde chorea saltatio Cho/
raules: qui in choro tibia canit Choragus græce
χορηγος dator siue princeps choreæ: suppeditator
expensæ Choragia: contributio sumptus impensæ
suppeditatio: omnis expensa uoluntaria. Est præte
rea chorus apud ecclesiasticos scriptores ordo an/
gelorū hoc ē ut magister in secūdo sententiarū ait
distictione nona: multitudo cælestiū spirituū: qui
inter se aliquo munere gratie simulātur: sicut in na
turalium donorum munere cōueniūt.

Diuiditur in Thronos qui sūt teste diuo Gregorio
qui tāta diuinitatis grā replent ut in eis sedeat deus
& per eos iudicia decernat atq; informet Domina
tiones: qui principatus & potestates trāscendunt.
Principatus: qui sibi subiectis quæ sunt agenda di/
sponunt eisq; ad diuina explenda ministeria princi
pantur. Potestates: qui hoc cæteris potentius in
suo ordine acceperunt ut uirtutes aduersæ eis sub/
iectæ earū potestate refrenentur: ne homines tantū

tentare ualeant quātū desyderant. Virtutes p quos
 signa & miracula frequenter fiūt. Archangeli qui
 maiora nunciāt Angeli: qui minora. Seraphin: qui
 præ aliis ardent charitate. Nā seraphim ardens est
 siue succēdens. Cherubim qui præ aliis in scientia
 eminent. Nam cherubim est plenitudo scientiæ.
 Eous græce ηωσ siue heous græce εωσ equus so/
 lis: q̄ mane assurgens orbem illuminet: εωσ enim
 lux est. Vnde εωσφορος lucifer: stella: quæ & eous
 dicitur. Præterea eous orientalis. Nam & εωσ oriēs
 dicitur. Hydria: urna. Hydor uero aqua est Vnde
 hydropotes: aquā bibēs. Hydroposia: potio aquæ
 υδρεια aquatio Hydragogus adaquator. Hydro/
 ps: intercus Hydropicus Hydrochous: aquarius
 Hydrophobia: morbus quo morsu a canibus labo
 rant & aquam uitāt ceu canes rabidi Hydrochoe:
 cloaca: meatus subterraneus: sulcus: aquæ ductus
 per quem aqua fluit Hydromeli: aqua mulsa.
 Emmanuel penultima producta hic legit. Nā græ
 ce εμμανο ηλ ε: quod & preceptor meus Nicolaus
 M. T. uir tempestatis nostre sine controuersia im
 pense in omnes humanus & eruditus in orthogra
 phia sua inter errata memorauit.

Glossmata in carminibus Palladii Sorani

Camœnæ: musæ: quæ ut Pompeio placet a carmi
 ne: ut aliis a canendo quasi amœne canentes siue



quod priscorum laudes canant uel quod mentis
castæ sint præsidēs: nominitantur

Glossmata in carminibus Nicolai. M. Thuri

Genius: deus qui uim obtinet omniū rerū generā
darum: uniuscuiusq; loci deus: deus naturæ: ipsa
natura. Vnde indulgere genio: obsequi naturæ &
uoluptati operam dare. Defraudare genium: inter
rumpere uoluptatē Hinc genialis hyems: uolup/
tuosa: Genialis homo: hospitalis & ad inuitādum
ac largius apparandū cibum promptior. Genialis
lectus: qui in nuptiis sternitur: uel quod in eo in/
dulgemus genio: siue q̄ in honorem genii appa/
ratur: siue a generandis liberis. Genii præterea etiā
gulosi a ueteribus dicuntur. Horoscopus substā
tiue significat cæli particulam in qua ponit̄ ab ast/
rologis horæ in qua aliquid gestum est notatio: ad
iectiue uero omne id in quo horæ notantur

Forum: ubi iura tractantur. Inde forēses orationes
Ciceronis. Cornipedes: equi: q̄ corneos habeant
pedes: iidem & sonipedes dicūtur q̄ pedib⁹ sonēt
Phaselus: genus nauigii uelox quo Campani stag
nante Nilo utuntur. Cæulus: cæruleus: cæluleus
color maris cære similis Idem & cumatilis dicitur
Nam græce κυματα fluxus appellant: & cyaneus
ac cyanus. Legere significat colligere: præterire:
eligerē: surripere: adherere: hic nauigare.

Lares: dii geniales: iidem & penates dicuntur quasi pe-
 nes nos nati: hic pro domibus Poples: pars pe-
 dis quæ genu opposita est. flectitur reuerentiæ
 Obstipus: inclinatus refertur ad caput proprie & cer-
 uicem: & pro tristi capitur. Mœrere cū diphthon-
 go significat dolere sine diphthongo significat ali-
 quid lucri gratia operari: sed modo bene ut milites
 modo sordidissime unde meretrix. Manes ani-
 me sunt hoīm mortuorū ut Plotinus philosophus
 refert Platonius de quibus incertū est bene ne an
 male sint meriti. Lares uero sūt qui bene meriti sūt
 iidem Eudæmones hoc ē beati & boni dæmones
 sunt nōminati. Lemures siue laruæ qui male
 sunt meriti: iidem cacodæmones hoc est mali dæ-
 mones dicuntur. Ouare: triumphare. lætari uocib⁹
 quibus triūphātes Ouatio: triumphus minor. Nam
 qui ouando urbem ingrediebantur uno ute-
 bantur equo & a plebeiis siue equitibus ducebantur
 ad capitolium atq; ex oue sacrificabant: triumphā-
 tes uero & albis utebantur quattuor equis & senatu
 præeunte ducebantur in capitolium & ex tauris sa-
 crificium faciebant. Fiebat ouatio quoties non
 interfectis sed fugatis hostibus uictoria incruenta
 erat. Oualis corona ouantibus dabatur.
 Grassari: gradi: ambulare: gradiendo sæuire Inde
 grassores: latrones qui hostiliter gradiuntur:
 Sisyphus hac pœna apud inferos afficitur ut gran-
 de saxum supra montē portare conatus: quom ad

apicem deduxerit continuo ad ima relapsetur de
quo Ouidius xiii meta

Aut petis aut urges rediturum Syfiphe saxum
Saccarum non Zuccarum: mel est in arundinibus
collectum gummium modo cādidum ac fragile
Cæsaries: coma sed peculiariter uiroꝝ Inde cæsari/
ati comati: Procari: petere. Proci: qui mulieres
in matrimonium poscūt Procaces: qui adeo sunt
impudentes ut nimium petant. Procaces meretri/
ces: petulantes: impudentes: inuerecundæ: morda
ces. Procacitas: petulantia: que non solū de animā
tibus sed etiam aliis rebus dicitur

Basiū pudicoꝝ ē: osculū officii: suauiuū uoluptatis
Paphia Venus sic ab urbe Palepapho ī quā primū
exiit nominata: Dione græce ΔΙΩΝ una ex naia
dibus quæ sunt fluminū & fontiuū nymphæ: capiūt
etiam pro Venere Inde Dionæus. Helena Paridis
uxor Hypsiphile: filia Thoātis uxor Iasonis Briseis
uxor Achillis: Phyllis Lycurgi Thracū regis filia
Demophoontis uxor. Phedra uxor Hippolyti.
Hermione: filia Menelai Orestis Agamemnonis
ex Clitēnestra filii uxor Exertus extractus. Exerere
enim extrahere significat Merum: uinum.

Talus: genus peculiariter ossis ī articulo pedis uē/
tre eminens cōcaua in uertebra ligatū solidissimis
neruis q̄dratū forma altera pte cōcauū altera fere
planū estq; ī posteriori suffragine dūtaxat nūq; ī pri
oribus pedibus & bifulcis tantum accidit Ea pars

quæ in hominibus uno pede utrinque extuberat prope calcem græci σφύρον dicunt unde & pro calce ponitur quādoque Errant qui pro talo tessarā accipiunt Nam græci Talum αστραγαλον appellitant unde astragalizontes qui talis ludunt: a quo Talipedare quod est uacillare pedibus & quasi supra talos consistere Tessaram uero κυβον uocant quod apud nos dicitur cubus siue quadrantal: quibus ut Varro ait in alueolo hoc est tabula aleatoria luditur in quacūque partem incubuerint stant Tessara uero est lignum utrinque complanatū in quo numeri describuntur quæ & talea dicitur: & tesserula: est & symbolū bellicū quod in pugna exutibus datur. Cæterū tessera & hypochoristicos tessella peculiariter est quæ ex omni parte quadratū est unde in pauimentis tessellatum dicitur quod tessellis hoc est paruis quadratis lapillis intextum est Faustiter: fauste: feliciter Pyrgus turris: turricula: uasculi genus quo iactari tali ludendo solebāt: idem & orca dicitur Perius Anguste collo non fallier orca.

Hyperion: υπερειων sol ab υπερ & ιω eo Oui: i. fas: Placet equo Persis radiis Hyperiona cinctum
Arcadia uero Peloponnesi est regio & Achaia pars undique a mari remota: eadem initio drymodis appellata mox pelasgis Cæterū Elix referente Hesiodo Lycaonis regis Arcadiae filia fuit quæ studio uenationis inducta relicto patre sese in syluas extulit factaque una ex comitibus Dianæ a qua cum miri-

fice amaretur quedã die solã in syluis inuentã Iupi
ter compressit Quamobrem indignata dea eã in
ursam quæ græce dicitur αρκτος cõmutauit Genu
ũq; filium quẽ arcada appellauit a quo dicta est Ar
cadia eadẽ regio Parrhasia dñ .Orgia: sacra Bacchi
Gymnopedalis :nudipes: hic p monachis accipit
minoribus Rhamnusia græce ραμνουσια :fortuna
Nemesis uero:ultio dei ē:accusatio: inuidia:super
bia:odium:dea superbõrum:ultrix:ira deorũ idig
natio de malorum successu Crumena: crume
nula: facculus:loculus:bulga:marfypũ siue mar
supium. Penula:pallium sed eo pluuiõ utebãtur
tempore. Lacerna:pallium fimbriatũ:unde lacer
natus Molossi:canes uenatici Temetũ uinũ
quod mentẽ teneat Inde temulentus ebriosus
Aphrodite:uenus ab aphro spuma maris ex qua
nata est.Inde aphrodisia uenerica Philtra:ama
toria. Iuuenalis Hic Thessala uendit
Philtra quibus ualet mētẽ uexare mariti Ouidius
Philtra nocent animis uimq; furoris habent.
Plaga & hypochoisticos plagula : tegmen lineũ
mulierũ candidũ quod sindonẽ uocant: percussio
uulnus: uerber Hinc plagarius qui hominẽ emit
quem scit esse liberum . Plagium:ipsum crimen
Plage etiem spacia ampla uel cæli uel terræ quæ &
tractus & climata dicũtur:& pars lecti :ipse lectus:
pro retibus maioribus hic Fascis & hypocho
risticos fasciculus:lignorũ aut alterius cuiuscumq;

18


rei congeries: pondus: multitudinis uero numero
fasces sūt magistrat⁹: & honores qui a populo pre
stantur Fastus: superbia Ostrum: conchylū
murex in eadem accipiūtur significācia p liquore
quo purpura inficitur unde & hec ipsa pro colore
accipiuntur. Sculna: inuentor alearū: hic pro
aleatore. Galerulus: galerus: & genere neutro
galerum: operimentū capitis: idem pileum ac pili
um dicitur A quo piladiū: biretū paruū. A galero
galericulus siue galericulū: quod est capillamentū
hoc ē ascititii capilli ad tegēdā caluitiē: nā et capil
lamētū p capillo ponitur. Alūnulus: alūnus qui
ab aliquo alitus est: hic pro filio. Smaragdus gē
ma ē preciosa inter duodecim quibus ornatū erat
quadrāgulū Aaronis De quibus ī Pentateuchi ex
ode capite legi⁹ tricesimonono. In pmo uersu erat
Sardius. Topasius Smaragdus. In secundo Car
būculus: Saphyrus Iaspis In tertio Ligurius ach
ates & amethystus In quarto Chrysolithus Onich
ius & Beryllus Afotus prodigus Inde Afotia
prodigalitas: nimius esculentorū appetitus Cala
mistrum: acus siue fistula qua incalefacta capillos
intorquemus Inde calamistrati & calamistrici.
Parasiti: qui ad uoluntatē eius in cuius cōtubernio
sunt omnia loquūtur & faciunt Inde parasitaster:
imitator parasitorum. Sistrum: æneum crepita
culū cuius per angustam laminam in modum bal
thei recuruatam traiectæ mediæ paucae unguļæ cri
spate brachio īgeminos ictus reddūt argutū sonū

Salū :mare. Strena apophoretum est & xeniū
Nam xenium dicitur quod mēse mittitur ianuario
Apophoretum quod redditur. Χαλβανον nos gal
banum succus ferulæ syrie. Ornix:avis:ales:
augurium:hic gallina syluatica. Inde ornitheras
auceps. Ornithia græce ορνιθεια ludi in quo pu
eri uerberabātur : tempus quod est septuagesimo
die post brumam quando aues adueniunt ut hyrū
dines ciconiæ Ornitoboscion:loc⁹ ad alēdas gal
linas & aues. Bactra regio: pluriphariis diuitis ut
Quintus Curtius ait referta: nomenclata ab Oboc
tro āne Inde bactrius a. um. & Bactriani populi ipsi
Lupus: piscis græce λαβραξ hunc opici & barbari
Lucium: Picentes uarulum uocant.
Mustellæ: pisces in lacu brigantino Retie murenis
fere similes quas a lambendis petris uulgo nunc
lampetras uocāt. Gammarus genus cancri:
quod a carabis: paguris: astacis : meis: heracleoti
cis: leonibus: ac hippis specie differt.
Sthenelus: cygnus: holor. τέλος

Eiusdē Georgii Distichō ad Petrū Erythrapolitanū
Accipe iam pingui glossemata nostra Minerva :

Post hac si uiuam mox meliora dabo

Expressum Erphordie per Enricum Sertoriū
Blancopolitanum Anno domini millesimo
quingentesimo primo ad calendas octobres



C^o 3494.8

Microim: 4



In Kinnabel —

Magazin


Rest. / Schms.

Jan. 92

M. C. A.







12
1

raei Theogonia

nē de anastasi Chri

n ex Metamorpho
mortui reparatiōe

rmē de festo pasca

aluatore Christo

nelite ad beatā uir

diua uirgine

a ad uirginē Mariā

n de diua Anna
ina de moribus ar
rum

